

ciæ. Ex quo intelligi potest, unum hominem i pluris quam civitatem fuisse 2.



## XVI.

## PELOPIDAS.

## ARGUMENTUM.

1. Pelopidas in exsilium cum aliis eiectus fuit.
2. Cum duodecim Thebas rediit.
3. Restituit libertatem, interfectis tyrannis, & Spartanum præsidium ex arce deturbavit.
4. Prius proprium fuit Pelopidæ: alterum commune cum Epaminonda, quemadmodum & reliquæ expeditiones.
5. Adversa fortuna conflictatus cadit in prælio.

**P**elopidas 3 Thebanus, magis historicis 4, I. quam

1 Phædrus fab. 63, 1. Plus est in uno sepe quam in turba boni. adde Just. 5, 4, 12. Liv. 28, 43. &c. 2 Plus efficere, plus præstare publico potuisse. Sic Plaut. Truc. 2, 6, 8. *pluris est testis oculatus &c.* Integrum foret: est res pluris pretii. v. Voss. de Constr. c. 29. 3 v. Plutarch. in Xenoph. H. Gr. 5. Polyb. 6. & 8. Pausan. in Bœoticis. Diodor. 15. Ælian. 2, 43. & 11, 9. Polyæn. 2, 4. Frontin 1, 5, 2. 2, 3, 8. 4, 7, 28. Cic. ad fam. 7, 28. & 30. 4 Alii historiis Sed Schottus *Historicos* rectius vulgo opponi putat, sicut apud Cic. pro Mur. c. 7. *nobilitas Sulpitii hominibus literatis & historicis notior, populo obscurior.* In historicorum scripta vulgus non ita penetrat.